

/ Admodum Ill/ris et R/me Domine. Literas R/mae D.V. datas 10 Januarii cum exemplo status Ecclesiae Curiensis accepi ad initium Martii, et quoniam in iis fiebat mentio Oratoris R/mae D.V. expectabam, ut is me conveniret, et quid me facere oporteret in gratiam R.D.V.^{mae}.
5 admoneret; sed nullum adhuc vidi, qui nomine suo mihi aliquid significaret. Itaque nolui diutius responsum differre. Ac primum laudo diligentiam R.D.V. in custodiendo grege suo, et in impediendis haereticis militibus, ne in Italiam transeant; ac ut pergat in opere tam bono, non meo solum nomine, sed etiam Sanctissimi Dñi nr̄i hortor
10, et precor.

De restitutione Patrum Societatis Jesu in Vallem Tellinam non semel cum sanctitate Summi Pontificis egi, qui id ipse valde cupit et serenissimam atque christianissimam Francorum Reginam stimulare non cessat, ut hoc opus per Legatum suum urgeat, atque perficiat.

15 De reliquis negotiis egi, et agam cum Ill/mo Card/li Millino, ad quem proprie pertinere videntur.

His precor a Deo nostro, ut R/mam D.V. diu servet incolumem, et Episcopos multos illi similes excitet, et conservet, et ut pios eorum conatus auxilio gratiae suae semper promoveat, et secundet.

20 Datum Romae die pº Aprilis 1614.

Admodum illustris, et R/mae D.V.

Addictissimus, atque ad obsequendum paratissimus.

Münster, Reichsarchiv. Gesuitica in genere, fasc. XIX, n. 3234. Minute autogr. (à la suite de la lettre de l'év. du 10 janv.) - Döllinger

25 Moralstreitigkeiten... t. II p. 265.